

1. Vesper - Herrens Fødselsfest

Incipit

V. Deus ☩ in adiutórium meum inténde.

R. Dómine, ad adiuvándum me festína.

V. Glória Patri, et Fílio, * et Spirítui Sancto.

R. Sicut erat in princípíio, et nunc, et semper, * et in sæcula sæculórum. Amen.

Allelúia.

Indledning

V. Gud, min Gud, + send mig din hjælp til ret at bede.

R. Herre, il mig til hjælp i bønner.

V. Ære være Faderen og Sønnen * og Helligånden,

R. som det var i begyndelsen, så nu og altid * og i al evighed. Amen.

Halleluja.

Psalmi {Psalmi et antiphonæ ex Proprio Sanctorum}

Ant. Rex pacíficus * magnificátus est, cuius vultum desíderat univérsa terra.

Psalmus 109 [1]

109:1 Dixit Dóminus Dómino meo: * Sede a dextris meis:

109:1 Donec ponam inimícos tuos, * scabéllum pedum tuórum.

109:2 Virgam virtútis tuæ emíttet Dóminus ex Sion: * domináre in médio inimicórum tuórum.

109:3 Tecum princípíium in die virtútis tuæ in splendóribus sanctórum: * ex útero ante lucíferum génuí te.

109:4 Iurávit Dóminus, et non pœnitébit eum: * Tu es sacérdos in ætérnum secúndum órđinem Melchísedech.

109:5 Dóminus a dextris tuis, * confrégit in die iræ suæ reges.

109:6 Iudicábit in natió nibus, implébit ruínas: * conquassábit cápita in terra multórum.

109:7 De torrén te in via bibet: * proptérea exaltábit caput.

V. Glória Patri, et Fílio, * et Spirítui Sancto.

R. Sicut erat in princípíio, et nunc, et semper, * et in sæcula sæculórum. Amen.

Ant. Rex pacíficus magnificátus est, cuius vultum desíderat univérsa terra.

Psalmer

Ant. Fredsfyrsten er ophøjet, og hele verden higer efter at se hans åsyn.

Psalm 109

109:1 Herren sagde til min herre: »Sæt dig ved min højre hånd,

109:1 indtil jeg får lagt dine fjender som en skammel for dine fødder!«

109:2 Dit magtfulde scepter rækker Herren fra Zion, hersk midt blandt dine fjender!

109:3 Dit folk møder villigt frem på din kampdag. »På hellige bjerge har jeg født dig som dug af morgenrødens moderskød.«

109:4 Herren har svoret og angrrer det ikke* Du er præst for evigt * på Melkisedeks vis.

109:5 Herren er ved din højre side, * på sin vredes dag knuser han konger.

109:6 Han holder dom blandt folkene, han dynger ligene op, han knuser hoveder ud over den vide jord.

109:7 Af bækken ved vejen drikker han, derfor kan han løfte hovedet.

V. Ære være Faderen og Sønnen * og Helligånden

R. Som det var i begyndelsen, så nu og altid, * og i al evighed. Amen.

Ant. Fredsfyrsten er ophøjet, og hele verden higer efter at se hans åsyn.

Ant. Magnificátus est * Rex pacíficus super omnes reges univérsæ terræ.

Psalmus 110 [2]

110:1 Confitébor tibi, Dómine, in toto corde meo: * in consílio iustórum, et congregatióne.

110:2 Magna ópera Dómini: * exquisíta in omnes voluntátes eius.

110:3 Conféssio et magnificéntia opus eius: * et iustítia eius manet in sáeculum sáeculi.

110:4 Memóriam fecit mirabílium suórum, miséricors et miserátor Dóminus: * escam dedit tíméntibus se.

110:5 Memor erit in sáeculum testaménti sui: * virtútem óperum suórum annuntiábit pópulo suo:

110:7 Ut det illis hereditátem géntium: * ópera mánuum eius véritas, et iudícium.

110:8 Fidélia ómnia mandáta eius: confirmáta in sáeculum sáeculi, * facta in veritáte et æquitáte.

110:9 Redemptiónem misit pópulo suo: * mandávit in ætérnum testaméntum suum.

110:9 (fit reverentia) Sanctum, et terríbile nomen eius: * inítium sapiéntiæ timor Dómini.

110:10 Intelléctus bonus ómnibus faciéntibus eum: * laudátio eius manet in sáeculum sáeculi.

V. Glória Patri, et Fílio, * et Spirítui Sancto.

R. Sicut erat in princípío, et nunc, et semper, * et in sáecula sáeculórum. Amen.

Ant. Magnificátus est Rex pacíficus super omnes reges univérsæ terræ.

Ant. Fredsfyrsten er ophøjet over alle jordens fyrster.

Psalm 110

110:1 Jeg takker Herren af hele mit hjerte i de retskafnes kredse og forsamling.;

110:2 Herrens gerninger er store, velegnede til deres formål.

110:3 Hans værk er herligt og prægtigt, og hans retfærdighed består til evig tid.

110:4 Han har skabt sig et ry ved sine undere, Herren er nådig og barmhjertig. Han giver føde til dem, der frygter ham,

110:5 han husker på sin pagt for evigt. Han forkyndte sine vældige gerninger for sit folk

110:7 da han gav dem folkenes ejendom.

Hans gerninger er sandhed og ret,

110:8 alle hans forordninger er pålidelige, urokkelige for evigt og altid, fastlagt i sandhed og retskaffenhed.

110:9 Han har udfriet sit folk, han har sluttet sin pagt for evigt.

110:9 (bøj hovedet) Hans navn er helligt og frygtindgydende: * At frygte Herren er begyndelsen til visdom,

110:10 enhver, der gør det, bliver såre klog. Herrens pris består til evig tid.

V. Ære være Faderen og Sønnen * og Helligånden. *R.* Som det var i begyndelsen, så nu og altid, * og i al evighed. Amen.

Ant. Fredsfyrsten er ophøjet over alle jordens fyrster.

Ant. Compléti sunt * dies Maríæ, ut páreret Fílium suum primogénitum.

Psalmus III [3]

111:1 Beátus vir, qui timet Dóminum: * in mandátis eius volet nimis.

111:2 Potens in terra erit semen eius: * generátio rectórum benedicétur.

111:3 Glória, et divítiae in domo eius: * et iustítia eius manet in sáculum sáculi.

111:4 Exórtum est in ténebris lumen rectis: * miséricors, et miserátor, et iustus.

111:5 Iucúndus homo qui miserétur et cómmodat, dispónet sermónes suos in iudício: * quia in ætérnum non commovébitur.

111:7 In memória æténa erit iustus: * ab auditióne mala non timébit.

111:8 Parátum cor eius speráre in Dómino, confirmátum est cor eius: * non commovébitur donec despíciat inimícos suos.

111:9 Dispérsit, dedit paupéribus: iustítia eius manet in sáculum sáculi, * cornu eius exaltábitur in glória.

111:10 Peccátor vidébit, et irascétur, déntibus suis fremet et tabéscet: * desidérium peccatórum períbit.

V. Glória Patri, et Fílio, * et Spirítui Sancto.

R. Sicut erat in princípío, et nunc, et semper, * et in sácula sáculórum. Amen.

Ant. Compléti sunt dies Maríæ, ut páreret Fílium suum primogénitum.

Ant. Marias dage var omme og hun fødte sin søn den enbårne.

Psalm III [3]

111:1 Lykkelig den, der frygter Herren og elsker hans bud højt.

111:2 Hans afkom bliver mægtigt i landet, retskafnes slægt velsignes.

111:3 Rigdom og velstand fylder hans hus, og hans retfærdighed består til evig tid.

111:4 For de retskafne bryder lys frem i mørket, han er nådig, barmhjertig og retfærdig.

111:5 Lykkelig den, der låner gavmildt ud og sørger for sin ejendom på rette måde, for han skal aldrig vakle.

111:7 Altid skal den retfærdige huskes. * Han frygter ikke budskab om ulykke,

111:8 hans hjerte er trygt i tillid til Herren.* Med fasthed i sindet frygter han ikke, han får sine fjenders nederlag at se.

111:9 Han strør ud, han giver til de fattige, hans retfærdighed består til evig tid, hans horn løfter sig herligt.

111:10 Den ugudelige ser det og græmmer sig, han skærer tænder og synker sammen. Hvad de ugudelige ønsker, lykkes ikke.

V. Ære være Faderen og Sønnen * og Helligånden.*R.* Som det var i begyndelsen, så nu og altid, * og i al evighed. Amen..

Ant. Marias dage var omme og hun fødte sin søn den enbårne.

Ant. Scitóte * quia prope est regnum Dei: amen dico vobis, quia non tardábit.

Psalmus 112 [4]

112:1 Laudáte, púeri, Dóminum: * laudáte nomen Dómini.

112:2 (*fit reverentia*) Sit nomen Dómini benedíctum, * ex hoc nunc, et usque in sáeculum.

112:3 A solis ortu usque ad occásum, * laudábile nomen Dómini.

112:4 Excélsus super omnes gentes Dóminus, * et super cælos glória eius.

112:5 Quis sicut Dóminus, Deus noster, qui in altis hábitat, * et humília réspicit in cælo et in terra?

112:7 Súscitans a terra ínopem, * et de stércore érigens páuperem:

112:8 Ut cóllocet eum cum princípibus, * cum princípibus pópuli sui.

112:9 Qui habitáre facit stérilem in domo, * matrem filiórum lætántem.

V. Glória Patri, et Fílio, * et Spirítui Sancto.

R. Sicut erat in princípío, et nunc, et semper, * et in sáecula sáeculórum. Amen.

Ant. Scitóte quia prope est regnum Dei: amen dico vobis, quia non tardábit.

Ant. Vid dog at Guds rige er nær, sandelig siger jeg jer, det skal ikke lade vente på sig.

Psalm 112

112:1 Lovpris, I Herrens tjenere, lovpris Herrens navn!

112:2 (*Bøj hovedet*) Lovet være Herrens navn fra nu af og til evig tid!

112:3 Fra øst til vest skal Herrens navn lovprises.

112:4 Herren er ophøjet over alle folkene, hans herlighed er ophøjet over himlen.

112:5 Hvem er som Herren, vor Gud, i himmel og på jord, så højt som han troner, så dybt ned som han ser?

112:7 Fra støvet rejser han den svage, fra skarnet løfter han den fattige,

112:8 han sætter ham blandt fyrster, blandt sit folks fyrster.

112:9 Han lader den ufrugtbare kvinde sidde som lykkelig mor til sønner.

V. Ære være Faderen og Sønnen *

og Helligånden. *R.* Som det var i begyndelsen, så nu og altid, * og i al evighed. Amen.

Ant. Vid dog at Guds rige er nær, sandelig siger jeg jer, det skal ikke lade vente på sig.

Ant. Leváte cápita vestra: * ecce appropínquat redéemptio vestra.

Psalmus 116 [5]

116:1 Laudáte Dóminum, omnes gentes: * laudáte eum, omnes pópuli:

116:2 Quóniam confirmáta est super nos misericórdia eius: * et véritas Dómini manet in ætérnum.

V. Glória Patri, et Fílio, * et Spirítui Sancto.

R. Sicut erat in princípío, et nunc, et semper, * et in sáecula sáeculórum. Amen.

Ant. Leváte cápita vestra: ecce appropínquat redéemptio vestra.

Ant. Opløft jeres hoveder, thi se Forløseren er nær.

Psalm 116

116:1 Lovpris Herren, alle folkeslag!

Lovsyng ham, alle folk!

116:2 For hans godhed mod os er stor, Herrens troskab varer til evig tid.

V. Ære være Faderen og Sønnen *

og Helligånden. *R.* Som det var i begyndelsen, så nu og altid, * og i al evighed. Amen.

Ant. Opløft jeres hoveder, thi se Forløseren er nær.

Capitulum Hymnus Versus {ex Proprio
Sanctorum}

Titus 3:4-5

Appáruit benígnitas, et humánitas Salvatóris
nostri Dei: non ex opéribus iustítiae, quæ
fécimus nos, sed secúndum suam
misericórdiam salvos nos fecit.

R. Deo grátias.

Hymnus

Iesu, Redémptor ómnium,
Quem lucis ante oríginem
Parem patrénæ glóriæ
Pater suprémus édedit.

Tu lumen, et splendor Patris,
Tu spes perénnis ómnium,
Inténde quas fundunt preces
Tui per orbem sérvuli.

Meménto, rerum Cónditor,
Nostri quod olim córporis,
Sacráta ab alvo Vírginis
Nascéndo, formam sumpseris.

Testátur hoc præsens dies,
Currrens per anni círculum,
Quod solus e sinu Patris
Mundi salus advéneris.

Hunc astra, tellus, áquora,
Hunc omne, quod cælo subest,
Salútis auctórem novæ
Novo salútat cántico.

Et nos, beáta quos sacri
Rigávit unda sánguinis,
Natális ob diem tui
Hymni tribútum sólvimus.

Iesu, tibi sit gloria,
Qui natus es de Vírgine,
Cum Patre et almo Spíritu,
In sempitérna sácula.
Amen.

V. Crástina die delébitur iníquitas terræ.
R. Et regnábit super nos Salvátor mundi.

Kapitel og hymne

Titus 3:4-5

Men da Guds, vor frelsers, godhed og
kærlighed til mennesker blev åbenbaret,
frelste han os, ikke fordi vi havde gjort
retfærdige gerninger, men fordi han er
barmhjertig.

R. Gud ske tak og liv

Hymne

*Alverdens Frelser, Jesus Krist,
før lyset skabtes, var du vist,
Gud Fader lig i herlighed,
ufattelig i kærlighed.*

*Vor Gud og Skaber, kom i hu,
vor lige her på jord blev du,
da i et helligt jomfruskød
du klædte dig i Adams kød.*

*Dig hylder stjerner, hav og jord
og alt, hvad under himlen bor,
de priser med en lovsang ny
vor frelses skønne morgengry.*

*Og vi, som du med eget blod
har dyrekøbt, o Frelser god,
vi hilse vil med jubelkor
den dag, du fødtes på vor jord.*

*Lov være dig, o Jesus kær,
som fødtes af en jomfru skær
Gud Fader pris og herlighed
med Ånden i al evighed.*

V. I morgen skal jordens brøde udslettes.
R. Og verdens Frelser skal herske over os.

Canticum: Magnificat {Antiphona ex Proprio Sanctorum}

Ant. Cum ortus fuerit * sol de caelo, videbitis Regem regum procedentem a Patre, tamquam sponsum de thalamo suo.

(Canticum B. Mariae Virginis * Luc. 1:46-55)

1:46 Magnificat ✠ * anima mea Dominum.

1:47 Et exsultavit spiritus meus: * in Deo, salutari meo.

1:48 Quia respexit humilitatem ancillae suae: * ecce enim ex hoc beatae me dicent omnes generationes.

1:49 Quia fecit mihi magna, qui potens est: * et sanctum nomen eius.

1:50 Et misericordia eius, a progenie in progenies: * timentibus eum.

1:51 Fecit potentiam in brachio suo: * dispersit superbos mente cordis sui.

1:52 Deposuit potentes de sede: * et exaltavit humiles.

1:53 Esurientes implevit bonis: * et divites dimisit inanes.

1:54 Suscepit Israel puerum suum: * recordatus misericordiae suae.

1:55 Sicut locutus est ad patres nostros: * Abraham, et semini eius in saecula.

V. Gloria Patri, et Filio, * et Spiritui Sancto.

R. Sicut erat in principio, et nunc, et semper, * et in saecula saeculorum. Amen.

Ant. Cum ortus fuerit sol de caelo, videbitis Regem regum procedentem a Patre, tamquam sponsum de thalamo suo.

Magnificat

Ant. Når solen har rejst sig over himlen, skal I se kongernes Konge udgå fra Faderen som en brudgom fra sit brudekammer.

Marias lovsang

1:46 Min sjæl ophøjer Herren,

1:47 og min ånd fryder sig over Gud, min frelser!

1:48 Han har set til sin ringe tjenerinde * For herefter skal alle slægter prise mig salig

1:49 thi den Mægtige har gjort store ting mod mig. * Helligt er hans navn,

1:50 og hans barmhjertighed mod dem, der frygter ham varer i slægt efter slægt.

1:51 Han har øvet vældige gerninger med sin arm,* splittet dem, der er hovmodige i deres hjertes tanker;

1:52 han har styrtet de mægtige fra tronen, og han har ophøjet de ringe;

1:53 sultende har han mættet med gode gaver, og rige har han sendt tomhændet bort

1:54 Han har taget sig af sin tjener Israel * og husker på sin barmhjertighed

1:55 som han tilsagde vore fædre, Abraham og hans slægt til evig tid.

V. Ære være Faderen og Sønnen * og Helligånden.

R. Som det var i begyndelsen, så nu og altid, og i al evighed. Amen.

Ant. Når solen har rejst sig over himlen, skal I se kongernes Konge udgå fra Faderen som en brudgom fra sit brudekammer.

Oratio {ex Proprio Sanctorum}

V. Dómine, exáudi oratióinem meam.

R. Et clamor meus ad te véniat.

Orémus

Concéde, quæsumus, omnípotens Deus: ut nos Unigéniti tui nova per carnem Natívitatis líberet; quos sub peccáti iugo vetústa sérvitus tenet.

Per eúndem Dóminum nostrum Iesum Christum Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sáecula sáeculórum.

R. Amen.

Dagens bøn

V. O Gud, hør min bøn

R. og lad mit ráb nå til dig.

Lad os bede

Vi beder dig, almægtige Gud, forund os, at din enbårne Søns fødsel i kødet i dag må frigøre os, som holdes i den gamle trældom under syndens åg.

Ved samme vor Herre Jesus Kristus, Din Søn, som lever og råder med Dig i Helligåndens enhed, Gud i al evighed.

R. Amen.

Conclusio

V. Dómine, exáudi oratióinem meam.

R. Et clamor meus ad te véniat.

V. Benedicámus Dómino.

R. Deo grátias.

V. Fidélium ánimæ per misericórdiam Dei requiéscant in pace.

R. Amen.

Konklusion

V. Herre, hør min bøn

R. og lad mit ráb nå til dig.

V. Lad os lovprise Herren.

R. Gud ske tak og lov!

V. Må de afdøde troendes sjæle ved Guds barmhjertighed hvile i fred.

R. Amen.